



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVII. Die Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

batur. 2. Preces fundebat, quibus lu-
craeretur indulgentias stationum. 3.
Particulatum pro ijs orabat, qui in
Templo nostro sepulti sunt. Omnes
amore quodam reuerentiae simillimo
prosequebatur. Insulis & illa moles
Collegij, & in subcidium egenorum
mons pietatis gratuitus, illo adni-
tente surrexere.

Charitatis:

XVII. DIE APRILIS.

P. H E N R I C V S
W A L P O L V S.

Anglus.
Eboraci. 17.
April. 1595.
stat. 36.
Soc. 11.

Eides.

Oratio.

Eides.

A Dhuc adolescens cum esset, vi-
ginti hereticos orthodoxis lu-
cifecit: ad Societatem exemplo
suo unum suum consobrinum, & tres
germanos suos pellexit. Anno 1593.
4. Decembris captus, Eboraci iudi-
cibus proddidit se quis esset; scripto
quoque porrecto testatus, se fidei
causa in Angliam reuertisse. Adiecit
in eodem commentariolo controuer-
sa quedam; & paræneticam de fide
Catholica amplectenda; oblatam eti-
am ab amicis occasionem è carcere
fugiendi fortiter aspernatus. In Lon-
dinensem carcerem compactus. 25.
Febr. anno 1594. fame, siti, frigore
peccimè habitus. & 14. vicibus qua-
stioni subiectus est, vnde à morte re-
pertum est, verumque pollicem tunc
illi fuisse auulsum. In loco ubi orabat,
super murum descripsit nouem choros
Angelorum; & his imminens MARIA
Matris Dei, ac super hanc Iesu, super
omnia denique Dei nomen Hebraicè,
Græcè, Latinè. Eboracum retractus,
in carcere noctu ferè orabat, donec
fessum somnis breuis oppimeret. Ibi-
dem pangere illi otium & animus fuit
pia quedam carmina materno idio-
matè scitè ac eleganter. Ita disputa-
uit, vt omnes in stuporem adduxerit;
fons etiam sapientiæ à quopiam ap-
pellatus, 13. Aprilis catenis grauis in-

ter reos iudicibus sistitur. Summa ob-
iectorum erat; quod d. Sacerdos, quod
alios ad Papæ fidem accersat, vt alij
Sacerdotes, quod in Angliam venerit
orthodoxæ religionis proferendæ cau-
sâ; cōque pronunciatus est læse ma-
iestatis reus, duodecimuiris nequic-
quam suadentibus, vt se patriæ legi-
bus accommodet. Patri suo scripsit
iam damnatus; vt excubitoribus suis
certam pecuniaë summam donet. Squa-
sum illi etiam extremis vitæ horis,
vt Reginae voluntati obsecundet in
in agnoscendo atque testando eius
primatu Ecclesiastico. Renuit, & re-
spondit; id esse contra diuinæ leges.
Ergo darâ omnibus veniâ, Catholicos
vt pro verae fidei lumine alijs impe-
trando Deum orent hortatus, Pater
noster clarè dixit; & Ave MARIA exor-
sus needum finierat, cum de scalis de-
turbatus, strangulatus, fune præcisò
deiectus, quadrisariam lectus est; ad
atrox innoxijviri spectaculum lachry-
matis facile bis milles.

Charitatis:

Mors.

B.V.

Germanus
Monachij.
17. Ap. 1609.

Zelus.

D. d. 3. stitit,

P. G E O R G I V S
FEDERV.

M Athesis peritiâ insigni, & cha-
ritate memorabilis fuit P. Geor-
gius. Quæ in æratem futuram profu-
tura illo admittente sint facta, sic ha-
bent annua; Memorabile habetur,
quod Orphanotrophium apud Mo-
nacenses condere primum; post etiam
impensis amplioribus locupletate in-

stitit, vbi ad quadraginta hodie peruli seorsim, ac puellæ educantur tantisper, dum illos, aut opificio matura ætas afferat, aut honestior clientela excipiat, quibus quidem omnibus quamgnauiter consuluerit Pater, haud facile est explicatu. Effecit, vt de publico æxario, & singularis Magister conduceretur qui prima illis elemēta traderet, & Matrona, cui de pueris cura esset, vt aur. laßam facere, aut accūpingere illæ scirent.

Pater Eduardus Olácoenus aliquibus hoc die passus creditur: nos de illo 7 Aprilis egimus.

P. E M M A N V E L T E X E I R A.

Lusitanus.
17. Ap. 1635.

Zelus anim.

Mortif.

Am inde à teneris mente orandi studio fuit perquam impensè addictus, atque vt se animarum saluti posset impendere, vigesimo ætatis anno prima latina lingua rudimenta discere aggressus, Græcas etiam & Hebreas literas perdidicit, Theologiae quoque studijs absolutis. Trigesimum agebat annum, cum se Societati transcripsit miro ad sacras expeditiones ardore, ac pari successu felix, vsque ad rabiem dæmonis; à quo pessime habitum aliquando ferunt, quod tot animas ex eius rictu educeret. Humilitate fuit per insigni; crebrisque ad festa ieiunijs addebat tria quothebdomadis, ita ut feriā quartā, sextā, & Sabbato nil nisi panem & aquam admitteret. Aiunt illum nunquam grauiore noxā maculasse primam innocentia suæ vestem: à morte autem cadauer illius mirabilis odoxe fragasse.

P. I A C O B V S

MORELLUS.

Hic tanquam ingens dolorum, patientiæque spectaculum meretur in ægrorum solatium non omitti. De illo ergo Bruntrutio, sic annua superioris Germaniæ: Ingénij, ac morū facilitate eximius, seu maiores disciplinas traderet, seu istud Collegium per annos undecim gubernarer, seu Episcoporum Basileensium conscientias dirigeret. Ultimis quatuor annis discipulum se vocabat in Schola patientiæ, corrupto sanguine, in fada vlcera exente. Vnde biennio supremo etiam cæcus, totis pedibus maximè miserabilis, & excusus, doloris, & patientiæ speculum, & viua Tobiae, ac Iobi fuit effigies. nequidem tristior visus unquam; sed animo sibi præsente, libero, ac tranquillo laudans, & gratias agens Deo. Memoria lectorum rerum illi erat pro oculis, ut solitudinem solaretur, quam illi etiam prolixa oratio condiebat. A milite Malemort proditionis cum Bruntruti præcesser accusatus, & electus unà cum socijs sub annum 1636. ab eodem Marsiliæ postea capto, & ad triremes damnato innocens est declaratus, cum ille diceret; se Patribus Bruntrutanis notam proditionis mendacio teterrimo inutuisse ac effecisse, ut solum turpiter vertere iuberentur. Dolere se de diro mendacio ad quod tamen inductus fuerit metu suspendij immunitatis.

Germania
Bruntrutio
19 Apr. 1636
ætat. 64.
Soc. 43.
Patientiæ

Hispania
Xereliæ
April. 1636
ætat. 59.
Soc. 18.

Mortif.

Missiones

Arg. Ca

XVIII.DIE